

Aliquanto plura, sed tituli item nulli, ex *Norfolk* innotuerunt (cf. Goughs *Camden* 2 p. 175. 183; Thom. Browne *hydriotaphia: urnburiall, or a discourse of the sepulchral urns lately found in Norfolk* cet. Lond. 1658 8.; *Archaeologia* 12, 1796 p. 132. 14, 1803 p. 1. 16, 1811 p. 354. 18, 1815 p. 436. 22, 1829 p. 412. 422. 29, 1842 p. 389. 34, 1847 p. 64); in primis de iis meritis est Samuel Woodward (*a descriptive outline of the Roman remains in Norfolk* *Archaeologia* 23, 1831 p. 358 ss.; cf. idem et W. E. Ewing et Dawson Turner *the Norfolk topographers manual* cet. Lond. 1842 8. et liber a filio huius editus *the history and antiquities of Norwich castle*. Lond. 1847 4). Ad *Caister* (sive *Caistor*) omnes fere fuisse putant Ventam Icenorum Ptolemaei (2, 3, 21; ubi errore scriptum est Σιμύνοι pro Ἰαγγυοί), itinerarii Antoniniani (p. 479, 10) et Ravennatis (5, 31 p. 430, 1 *Venta Cenomum*; cf. inter alios Dawson Turner *sketch of the history of Caister castle, Norfolk*. Lond. 1842 8. et Hudson Gurney *letter to Dawson Turner Esq. on Norwich and the Venta Icenorum*. Norwich 1847 8. cf. *assoc. journ.* 5, 1850 p. 402 et 14, 1858 p. 123 ss.). Reliquorum locorum a geographis veteribus nominatorum situs nondum licuit certo definire (cf. R. Hart *account of some Anglo-Roman antiquities lately discovered at Felmingham* 1845 8. et eiusdem *the antiquities of Norfolk: a lecture delivered at the Norfolk and Norwich Museum* cet. s. a. 8.; cf. *assoc. journ.* 2, 1847 p. 127; *archaeol. assoc., Norwich Meeting* 1847, *memoirs illustrative of the history and antiquities of Norfolk and the city of Norwich*. Lond. 1851 8.; T. I. Pettigrew *ibid.* 14, 1858 p. 1 ss. alique; R. Fitch *Norfolk archaeol. soc.* 4, 1855 p. 232 et *assoc. journ.* 14, 1858 p. 123. 193. 305), quanquam hic quoque societas archaeologica effossionibus institutis studiis illis laudabilem navare coepit operam (*the Norfolk and Norwich archaeological society*; vidi volumina scriptorum eius quinque, annorum 1847 ad 1855; cf. *assoc. journ.* 10, 1853 p. 372). Titulum urnae cretae ad *North Elmham* repertae inscriptum (n. 94) non posui inter suspectos propter causas ibi expositas. A Greville I. Chester accepi in *Sheringham Hall, Cromer, Norfolk* apud H. R. Upcher servari

titulum Latinum tabellae marmoreae inscriptum, neque vero verba eius nec utrum ibi repertus sit an ex Italia fortasse vel aliunde advectus potui indagare.

In *Cambridgeshire* praeter instrumenti domestici titulos nonnullos reperti sunt miliarii aliquot servati nunc Cantabrigiae in museo publico (*the Fitz William Museum*) et in collegio Trinitatis, ubi extant marmora Cottoniana, de quibus in praefatione dixi. In museo publico nunc collocata est etiam collectio Disneiana, olim servata in praedio possessoris (*the Hyde prope Ingatestone, Essex*). De reliquis antiquitatibus post *Camdenum* (cf. Goughs *Camden* 2 p. 211. 219) aliosque (*Archaeologia* 19, 1821 p. 56 ss. 409; W. Watson *an historical account of the ancient town and port of Wisbech*. Wisbech 1827 8. p. 370) accurate dixit Car. Cardale Babington (*ancient Cambridgeshire, Cambridge Antiquarian society*, 8°. Series N. III Cantabrig. 1853 8.). Titulus laminae aeneae inscriptus in sarcophago quodam Cantabrigiae detecto repertus siquidem omnino titulus est, vix videtur esse aevi Romani; tamen nolui prorsus omittere, sed posui inter suspectos (n. 3*), ne omnino delitesceret.

De *Bedfordshire* idem fere valet (cf. Goughs *Camden* 2 p. 47. 52; *Archaeologia* 8, 1787 p. 377. 25, 1834 p. 606. 27, 1838 p. 96. 28, 18. p. 434. 31, 1846 p. 254; *gent. mag.* ser. II 30, 1848 p. 518; Prof. Henslow *Roman British remains; on the materials of two sepulchral vessels found at Warden, Bedfordshire, Cambridge antiq. soc.* vol. I. Cambridge 1846 4. cf. *assoc. journ.* 2, 1847 p. 213; Frid. Davis *the history of Luton, Bedfordshire*. Luton 1855 8. p. 39); titulos item nullos inde novi.

Denique etiam in *Huntingdonshire* (cf. Goughs *Camden* 2 p. 247. 252), quanquam ad *Godmanchester* (cf. Rob. Fox *the history of Godmanchester in the county of Huntingdon*. Lond. 1831 8.) et ad *Caster* sive *Chesterton* (Gough p. 257) castrorum Romanorum reliquiae dicuntur superesse conspicuae, tituli nulli reperti sunt.

Totam illam partem Britanniae maxime orientalem me non peragrasse consentaneum est, cum tituli paene nulli ibi reperti sint.

87 *Colchester*, rep. a. 1764 d. Nov. 14. Perit.

NVMINIB
AVG.
ET MERCV·DEO
ANDESCOCI
5 VOV CO]:: MI
LICO' AESVBI
LINI LIBERIVS
ARAM OPERE
MARONIO
10 D S D

Ph. Morant misit societati antiq. Londiniensi; exemplum eius, quod propono, meum in usum transcripsit C. Knight Watson; Fausset invent. sep. append. p. 213 cui misit Ducarel medicus (eodem exemplo Goughs *Camden* 2 p. 137). V. 5. 6 VOV COMI LICO AESVRI, 7 LIBERTVS Ducarel; ad versus 6 litteram paenultimam Morant adnotavit *this letter looks like a B*. Idem A litterae formam hanc Δ ubique servavit solus.

88 *Colchester*, rep. a. 1821 in situ nosocomii, sphinx lapidea alis elevatis sedens supra ossa humana. Servata in museo. Basis longa est dig. 25½, lata 10; sphinx ipsa alta dig. 25; in basi cernitur littera infra scripta, alta circiter dig. 5.

S

Contuli et genuinum esse iudicavi opus integrum et litteram inscriptam; E. W. Auriol Drummond Hay *a letter to the Committee of the Essex and Colchester General Hospital upon the recent discovery, at that place, of a beautiful monument of Roman sculpture, representing the Theban Sphinx*. Colchester 1821 8. (quam dissertationem non vidi, sed ex C. R. Smith collect. ant. 2, 1852 p. 37 tantum novi); *Essex archaeol. soc.* 1, 1855 p. 64; Catal. p. 12, 217. Editores adnotant a. 1820 ibidem repertum esse sigillum sphingis aeneum, item sphingem cerni in nummis quibusdam regis Cunobelini argenteis et aeneis (cf. Evans *ancient brit. coins* p. 311. 338 tab. X fig. 9. XII fig. 9).

89 *Colchester*, rep. at the *Colchester Union, on the Balkerne Hill* cum instrumentorum ad sacrificia, ut aiunt, pertinentium reliquiis variis; est littera singularis aenea et inaurata, olim in marmore infixata, alta dig. 8, forma optima.

V

Vidi. Catal. p. 16, 256.

90 *Colchester*, cippus operis elegantis, rep. a. 1868. Litterae videntur esse saeculi primae exeuntis.

centurio stans, lorica
cingulo ocreis armatus,
sago humeros tectus,
d. vitem, l. gladium
tenens; ad dextrum
latus pugio dependet

M · FAVON · M · F · POL · FACI
ES · 7 · LEG · XX · VERECND
VS · ET · NOVICVS · EB · POSV
ERVNT · H · S · E ·

in parte postica:

TVL

M. Favon(ius) M. f. Pol(lia) Facilis, (centurio) leg(ionis) XX. Verecundus et Novicius lib(erti) posuerunt. H(ic) s(itus) e(st)

Descripsi ex imagine photographica ab Ioh. H. Pollexfen missa, qui posticae titulum solus vidit Cf. *Archäol. Zeitung* 1868 p. 112; *assoc. journ.* 26, 1870 p. 240.

Tam litterarum forma quam operis anaglyphi elegantia, deinde etiam legio XX cognominibus carens, aevi fere Vespasiani indicia sunt.

5*